Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Radow Henricus Konow

# Dissertatio Inauguralis Iuridica Explicans Ex. Leg. XXIV. C. de Procurät: Iunct. Leg. LVI. ff. de Iudiciis Quaestionem In Iure Satis Vexatam Utrum Et Quatenus Dominus Gesta A Falso Procuratore In Sui Favorem, Finita Per Sententiam Instantia, Obiectaque A Parte Adversa Iam De Nullitate Protestatione Possit Ratihabere?

Rostochi[i]: Keilenbergius, 1682

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788263625

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn788263625/phys_0001
DFG

K. K — 2 (167.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn788263625/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn788263625/phys_0004
DFG

Diſſ. 159.

# DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

Explicans

Ex.

Leg. XXIV. C. de Procurat: Junct. Leg LVI. ff. de Judiciis

QVÆSTIONEM IN JURE SATIS VEXATAM

# UTRUM ET QVATENUS DOMINUS GESTA A FALSO PROCURATORE IN SUI FAVOREM, FINITA PER SENTENTIAM INSTANTIA, OBJECTAQVE A PARTE ADVERSA JAM DE NULLITATE PROTESTATIONE: POSSIT RATIHABERE?

Qvam

DIVINA ASPIRANTE GRATIA

EX DECRETO ATQVE AUCTORITATE

MAGNIFICI ET NOBILISSIMI JCTORUM ORDINIS, IN INCLYTA UNIVERSITATE PATRIA:

PRÆSIDE

*VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO ATQ; EXCELLENTISSIMO,*

## DN: GEORGIO RADOVIO,

JCto, Anteceſſore SENIORE, atq; ad hunc actum DECANO Spectabili, Nobiliſſimorum Statuum Provincialium Mecklenb. SYNDICO graviſſimô,

*DN. FAUTORE ATQ; PATRONO SUO ÆSTIMATISSIMO*

PRO LICENTIA

Supremos in utroq; Jure Honores atq; Privilegia ritè conſeqvendi

*Publicô Examini ſubmittit*

## HENRICUS CONAU, ROSTOCHIENSIS.

IN ÆDE (*ob Auditorii Majoris reparationem*) D. JOHANNI conſecrata,

*AD DIEM AUGUSTI, ANNO M. DC. LXXXII.*

ROSTOCHI, TYPIS VID. B. KEILENBERGI, UNIVERS. TYPOGR.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788263625/phys_0005

# ADJUTORE DEO.

DOmeſticum qvaſi Civilis Sapientiæ malum antiqvum nec hodiè infreqvens eſt 1
infauſtum JCTORUM diſſenſus ac diffidii fatum. Uti n. olim in conſultatio-
ne Demiphonis ap: Comicum 2. *Phorm*: 4. ex tribus unus negabat, alter adfir- 2
mabat, tertius deliberandum ducebat; & ap: Ulpian: *d. tutel: in fin:* aliter CASSI-
ANI, aliter PROCULIANI, aliter PRISCUS pubertatem definiebat: & qvod de aureis
emblematibus GALLUS ajebat, id LABEO improbabat, TUBERO in incerto poſuit. *l. 32. §. 1. ff.*
*de aur. & arg. leg.* Ut taceam perpetuum penè ac diffuſum SABINIANORUM & PROCULIANO-
RUM divortium: & qvod aliter ſenſerit PAPINIANUS, aliter PAULUS, aliter MARTIANUS *l. 10.*
*C. d. adopt:* Ita hodiè in navi exiſtimo enutritum eum, qvi haud diverſas & ULTRA & CITRA 3
MONTANORUM aliorumve Novitiorum Jctorum animadvertat diſſenſiones. Qvarum in
numero nec minima ac infima cum habeatur qvæ in foro ſæpè agitatur qvæſtio: *de ratiha-* 4
*bitione Dni. circa geſta Falſi Procuratoris, utrum nim: & qvatenus illa finitâ per ſententiam*
*Inſtantia, objectâqve à parte adverſâ jam de Nullitate proteſtatione procedat?* dum horum
alii hanc omnino negant pernegantq;, alii ſimpliciter affirmant, alii ſine effectu derelin-
qvunt, alii diſtinctione rem explicare conantur: *uti pluribus infrà patebit.* Placuit de So- 5
lenni hac ac in praxi valde uſitata ac vexata qvæſtione, *uti eam vocat Sichard ad l. 24. C.*
*d. proc:* auxiliante Deo, authoritateqve ac Conſenſu Ampl. Facult: Jurid: præſentem hanc
Diſſertationem Inauguralem pro ingenii modulo publicæ diſqviſitioni committere. Fa- 6
xit Deus unicus omnis Juſtitiæ fons apertiſſimus, ut cuncta feliciter ſuccedant, atqve id
qvod Juſtum eſt ſemper eluceat.

* * * * * * * * * *

## MEMBRUM. Imum.
## Explicans ſub Facti ſpecie ipſa hujus qvæſtionis Præcognita.

ANteqvam autem ad ipſam hujus qvæſtionis enodationem progrediamur, 1
& ne illotis eam aggrediamur manibus, juxta Effatum Pompon: *in l. 1. d.*
*O. J.* pro evidentiori ejus intellectu qvædam lubet præmittere, tum de ipſo 2
domino ratificante, tum de ipſo procuratore: Ubi in anteceſſum notan-
dum. Ratificare ſ. ratihabere. *t. t ff r. r. h.* nihil aliud eſſe, qvam ratum facere qvod
antea inutiliter noſtro nomine geſtum. *l. 12. §. 1. r. r. h. c. 9. d. R. J. 6.* Germ. Genehm hal-
ten/Genehm haben/beſtetigen/beſtercken; ſ. id fiat verbis *l. 5. ff. d. t.* ſ. facto *l. 3. § 1. eod.*
Dominus ratificans eſt negotiorum ſ. rei in litem deductæ dominus, & qvi liberam 3
conſentiendi ac adminiſtrandi de re ſua habet poteſtatem. Hac enim qvi deſtitu-
untur inhabiles ſunt ad ratificandum. Nec intereſt dominus ipſe an ratihabeat,
an veniat ab eo, *l. 8. § 2. ff. r. r. h.* ſ. hæres ſit univerſalis. *l. 22. § 6. eod.* ſ. ſingularis. 4
*l. 16. § 1. d. t.* Procurator, cujus negotia ratihabentur, hic dicitur falſus. Nec Veri Pro- 5
curatoris acta indigent ratihabitione. *arg. l. 1. C. d. proc:* Qvia vero Procuratoris 6
nomen varias admittit ſignificationes, hic omnino notandum. Procuratorem ac-
cipi (1.) *Latiſſimè* pro omni eo, qvi aliena curat negotia, etiam ſine mandato. *l. 34.* 7
*§ 6. l. 58. ff. d. ſol: l. 13. § 12. ff. d. hær: pet: l. 8. § 6. ff. d. lib: leg: l. 4. 5. 16. pr. § 1. l. 22. pr.*
*§ 1. 2. 3. 6. ff. r. r. h. l. 42. § 1. ff d. a. o. p. l. 24. d. N. G. l. 35. ff. d. proc:* & alias Negotio-
rum geſtor *t. t. ff & C. d. N. G. § 1. J. d. obl. quæ quaſi ex contr:* Vel etiam Voluntari- 8
us Procurator appellatur. *l. 9. § 6. ff d. reb: auct: jud: Paul: in ſent: Cuj: 10. O. 25.* 9

10 Don: l.15.c.15. ibi. Hill: in not. lit. a. C. J. A. d. proc. § 2. n. 2.(2) Latè pro eo, qvi
aliena negotia adminiſtrat, ſed mandato domini, ſ. negotia ſint judicialia ſ. extra-
11 judicialia l. 8. l.33. ff. d. proc. ſ. publicum id concernat officium, & in ſpecie Procu-
rator Cæſaris vocatur rubr: & l. 1. pr. §. 1. l. f:d. off: Proc: Cæſ. l.3. § 5. l. 5. de Jur. fiſc.
Duar: d. proc. c. 1. Item Procurator Reip: l. 30. C. d. decur: ibiq; Gl: lit: e. f. alias
Syndicus t. t. ff. qvod cujusq; urſit: nom: l. 1. §. 1. l. 6. §. 1. eod. l. f. § 13. d. mun. & hon.
Schn: 3. tb 22. Mev. 2. d: 35. Univerſitatum Procurator Nov. 123. c. 27. c. 9. x. d. proc. Actor
Civitatum l. 11. §. 7. d. Exc: rei. Jud. l. 9. r. r. h. l. 6. § 3. qvod cujusq; univerſ. C. J: A. ibid
th. 6: Cancellarius, maximè in Civitatibus Imperialibus. Lymn: d. J. P. l. 7. c. 1. n.
56. Apocriſarius. ſ. Iprocriſarius. Wurms: 1. Obſ pract: 2. n. 1. Penſionarius in Bel-
12 giô Zaſ: ad tit: qvod cujusq; univerſ: nomine. Sive qvaſi publicum, & in ſpecie Cura-
tor, Tutorqve appellatur §. 2 J: d. iis per qvos ager: § 3. J. d. ſatisdat: l. 3. d. tut. &
13 rat: diſtr. C. J. A. d procur: § 2. n. 1. Sive deniqve privatum, vocaturq; omnium
rerum procurator l. 12. ff d pact. l. 6. d Inſt: act. l. 7. pr. d. Calumn: totorum bono-
rum procurator l. 63. d. proc: l. 17. § 16. de injur. l. 3. § 2. Jud: ſolv: l. 25. § 3. d ædil. Edict.
Habn ad W. d. proc: n. 1. In negotiatione maritima, Magiſter navis. l. 1. § 1. & t. t. de
Exerc. act: C. J. A: d. t. n. 2. in fin. Struv. S. J. C. Ex. 20. th. 9. in terreſtri, Inſtitor § 2. J.
qvod cum eo. ibiq; Dd. Scip: Gentil: Orig: lib. ſing. Voc: Inſtitor: alias Factor. Fab:
ad § f. J. n. 7. add. Mev. ad J. L: 3. 6. 5. Item Proviſor pharmacopolarum Habn.
ad W. h. n. 6. dummodo hi certæ aut generali negotiationi fuerint præpoſiti l. 5. pr.
& § ſeqq. ff d Inſt: act: Weſ: eod. n. 1. vſ. proprie nam ſi ad unum actum conſtituun-
tur, Procuratores dicuntur ſ. Mandatarii. arg: l. 5. § 10. l. 19. ff d t. Junct: l. 42. § 1. ff d.
14 a. o. p. l. 3. § 2. ff Jud: ſolv: pl: Weſ: ibiq; Bach: n. 5. (3) Strictè pro eo, qvi mandato
domini negotia Judicialia tractat, & dicitur procurator ad litem, ſ. ad agendum,
l. 8. pr, § 3. l. 69. ff: l. 11. l. 24. C. de proc: ſ. ad defendendum d. l. 8. pr. verſ. ad defend:
l. 15. §. 1. l. 35. § 3. l. 42. § 1. l. 46. § 6. l. 71. ff l. 11: C. de proc: l. 5. § 18. 19. ff d N. O. N.
atq; ita mandatario, qvi extra Judicialia negotia adminiſtrat, opponitur, drq; Pro-
15 curator bonorum t. t: ff. Mand. pl: Habn: d. l. Tandem (4.) Strictiſſimè, pro eo,
qvi negotia actoris in Judicio procurat: t. t. ff de Proc: l. 17. § 16. de inj. & opponi-
tur defenſori, qvi ſine mandato reum defendit l. 61. l. 28. in f. ff. l. 12. C. d proc. l. un:
C. d. ſatis d: l. 23. de Re Jud l. 11. § 7. d. Exc. R. J. l. 9. §. 6. l. 34. § 3. de Jurej. l. 6. §
2. de his qvi not: infam. pl. Habn: dl. Eckholt. de proc. § 2. Magnf. Dn. Radow. in
16 prælect: priv: ad Weſ. d l. C. J. A. n. 2. Et in hac ultima ſignificatione ſumitur pro-
curator præcipuè qt: ad noſtrum ſpectat inſtitutum, qvi in Jure vel Verus dicitur
17 vel Falſus. Weſ. ff. d. procur. n. 3. verſ. ultimo. Non qvod iſthæc qvædam ſit ge-
neris in ſuas ſpecies diviſio, ſed ſaltem qvædam nominis explicatio, aut ſaltem
18 mera accidentalis diſtributio; conf. Bach: ad. Weſ. d. n. 3. in. f. Falſus namqve Pro-
curator re vera procurator non eſt l. 56. ff. de Jud: l. 26. § 5. mand. l. 221. d. V. S. l.
3. § 3. in f. Jud. ſolv. l. 19. C. de furt: non minus ac falſus modius modius, falſus tu-
tor tutor, dl. 221. d. V. S. falſus Emptor Emptor. l. 4. § 5. ff. d. addict: in diem De-
narius falſus denarius gl; in l. 2. C. d. haret: lit. l. m. aut falſa Juſtitia, Juſtitia dici
19 ac haberi poſſit. c. vera ubi gl: 45. diſt. Potius ille vero Procuratori opponitur
l. 56. ff. de Judic. l. 1. § 13. ff. de vi & vi arm: l. 1. § f. ff. qvod juſſu. Nihilominus
tamen

tn.qvia non verſamur circa aliqvod nonEns pure negativum,ſed ſaltem privativum, 20
deſtruens omnem, non in genere conceptuum,ſed ſaltem in vero oppoſito naim:
vid:Salycet, ad l.19.C.d.furt. & ſerv. corr. n. 3. hic: Falſum Procuratorem, dici- 21
mus, qvi ſine mandato domini ſe procuratorem ſimulans aliena in jure curat nego-
tia l. 43. pr. § 1. de furt. l. 44. eod. l. 14. in f. ff. d. condict: dat. cauſ. Junct. t: ff. de
proc. Uti ex Briſſ: poſt: Calvin: Lex: Jur: voc: Procur. notat C. J. A: d. proc: n. 2.
not: 2. in f: Sich: ad l. 19. C. de furt: n 4. ubi dicit, Illum propriè & verè atqvè o-
mnium maximè eſſe falſum, re ipſa & in effectu, ita ut penitus non ſit, nec fuerit
procurator: Sive ab initio per mendacium irrepſerit, falsò ſe aſſerens procurato- 22
rem, cum non ſit l 14. ff d. condict: cauſ. dat. c. 33. de reſcr. Ægid: Boſſ: Crim: tit: d.
fals: n. 172. Schn. d. 3. th. 16. pl. Salyc. dl. n. 1. ſ. non ſuo ſed adſumpto veri procu- 23
ratoris nomine, qvem Creditor habuit, debitorem alienum circumvenerit. l. 80. §
6. ff d furt. ſ. ſuo nomine intervenerit, absqve tamen mandato. l. 12. pr. ff d ſolut: l. 24
221. d V. S. l. 1. § f. ff. qvod Juſſ. l. 3. pr. § f. r. r. b. l. 22 l. f. eod. l. 24. C. d. proc. l. 1. §
13. d. vi & vi arm. l. 13. §. f. d. N. O. N. l. 13. § 12 d. hær. pet. l. 58. ff d ſolut: Hotom:
Ill: qv. 17. p. m. 105. Sich: ad l. 24. C. d. proc. n. 3. Pariſ. 1. Conſ: 100. n. 51. in fin: Weſ:
ff d proc: n. 3. in f. ibiq; Bach: Gail. 1. O. 47. n. 1. C. J. A: h. n. 2. not: 2: Pac: 2: Conc: qv:
34. & qv. 60. Mev: R. ad J. L. 2. p. m. 26. ſ. ex mandato, eo tamen tempore, qvo manda- 25
tum jam fuerit revocatum, aut extinctum, c. 4. x. d proc: gl: ad. c. 33. d reſcript.
& gl. ad l. 24. C. d proc: lit: d: ibiq; Sichard. n. 3. Weſ. dl. n. 3. pl: Salyc: dl. n. 1. & 4.
aut falſum. Jas. ad dl. 24 n. 4. In his enim omnibus, qvia conſideratur non in eo 26
qvalis eſt, ſed in eo, qvalis eſſe ſe ſimulat, falſus dicitur, eo, qvod veritatem imi-
tatus, & ejus nomine ſe tegere conſvevit. Nov: 73. pr: Wegn: ad l 221. d V. S.
n. 1. Licet enim alias, & procurator non legitimè conſtitutus, aut conſtitutus ab 27
eo, qvi poteſtatem conſtituendi non habet, aut ubi alias mandatum adeſt muti-
lum; vel mancum, vel aliter inſufficiens, pro procuratore non habeatur, Sich: ad
d. l. 24. C. de proc: n. 3. Weſ: d l. n. 3. Gail: 1. O. 47. falſus tn. inde ſtatim dici non 28
poteſt, ſed admittitur, ſi de rato cavere, & defectum mandati cautione rati ſup-
plere velit, pl: Weſ: dl. n. 6. vſ. ſin. autem Zang, de Exc: p. 2. c. 8 n. 19. Jas: in l. 1. C. d.
proc. n. 1. Carpz: 3. Reſp 8. n. 10. Sub qva tn. falſus minimè admittitur, ſed ſtatim 29
etiam ex officio repellitur pl, Dd, dd. ll. Berl: 1. concl: 14. n. 19. Carpz: 3. R. 8. n. 9. Schulz:
Obſ. for. 21. n. 1. Mev: ad J. L. 5. 2. 8. n. 1. Schn: d 3. th. 16. Lauterb: Comp. Jur. ad t. d.
proc. p. m. 52. Sed de eo pluribus agere, Sanctiſſimum Ampl: Facult: Jurid: Statutum
non permittit; Sufficit hic Summo qvaſi ſaltem digito attigiſſe: Utrum &
hodiè idem in Advocato procedat, ut ob defectũ mandati etiam falſus dici poſſit? Et 30
qvamvis ſint, qvi putent, hodiè ad huc differentiam illã inter Advocatum & Procura- 31
torem non eſſe ſublatam, qvod hic non niſi cum, ille auté etiam ſine mandato poſ-
ſit intervenire: uti notat. Eckbold. ad tit. de poſtul: § 1, Contrarium tn: rectè de- 32
fendit. Berl, 1. ocl: 14. n. 19. ſeqq. Carpz. proc: t, 5. a. 7. n. 22. & l. 3. Reſp. 5. n. 11. & p. 1.
forens: C. 1. def. 26. Mev. 1. d. 216. n. 6. & alii, tum, qvia generale, nemini permiſ-
ſum alterius nomine in Judicio agere, niſi mandatum habeat, ſed eum protinus à 33
Judicio repelli. Jas. in. l. 1. C. d. proc: n. 1. Vant. d. Nullit: ex inh: & def. mand. n 59.
ſeq. Pract. Papiens: in form: reſp: rei qv. gl. Simonius n. 1. ſeq. vid: ſup. h. n. 29. tum



qvod

34 qvod hodie ex uſu communi procuratores dicantur, qvi revera videntur Cauſidici
35 ſ. Advocati. Fürſprecher und Redner C. *J. A. d. t. n 2. in fin.* Nec minus pœna ſtatuta
reperiatur in Advocato qvam Procuratore juſto tempore ſe non legitimante
*Ord. Cam: p. 1. t. 52.* von Straff der *Advoc:* und *Procur: ibi:* Fürbringung ihrer Gewalt:
36 præſertim ſi ordine Judiciario conjuncta ſint Advocatorum & Procuratorum offi-
cia ut Idem qvi Advocatus, ſit & Procurator in ead. cauſa, *uti permiſſum in Dep:
Receſſ: d. Anno 1557.* § und demnach: *48. conf. Blum:* Erneut: Cammer-Gr. Ordn:
*p. 1. t. 31.* § 2. vid. *Gail. 1. O.* 44. *n. 8. Brunn: proceſſ. Civ: c. 1. n. 69.* neceſſe habeat,
37 ut ubi duplici officio fungatur, & duplici oneri ſe ſubmittat. Perſona namq; diver-
ſis qvalitatibus ſi prædita, uti pro diverſa habetur. *R. J. Anno* 1548. § nachdehm
69. & § auch der 71. *Gylm. tom. 2. p. 1. v: 31. n. 5. & tom. 4. p. 1. v. 30. n. 186. Gail: d.
38 Arreſt. c. 6. n. 14. ſeq. Mev. p. 7. d. 176. n. 4. 5.* & duplici Jure cenſetur. *l. 22 ff d. his
39 qvæ ut. indign: Mev: p. 4. d. 32 . n. 1.* ita diverſus reſpectus in eâdem perſona facit,
aliqvem cenſeri pro duplici, ſic in una ſervari ac ſi eſſent diverſæ *d l. 22.* Junct: §
*4. J. d inoff: teſtm. Hartm. Piſt: l. 1. q. 24. n. 52 præl: Gylm: d vot: 30. n. 37. Mev: p. 2.
d. 125. n. 3.* Cuinam autem incumbat hujus qvalitatis probatio? in praxi memini
40 qvæſitum: Sanè, cum procuratoris interventio ex genere eorum ſit, qvæ omni
41 Jure conceſſa. *l. 1. §. 2. ff de proc.* nec malitia aut falſitas præſumatur, niſi probetur
42 *c. 16. in f. de præſumpt: Alciat in reg. 3. præſumpt: 2. n. 1. Maſcard de probat: v. 2. ccl.*
43 746. præſertim Si inſtrumenta ad cauſam pertinentia producat, & ſit procurator
ordinarius, vel alias Vir integræ famæ *O. Cam: p. 1 t. 21.* § weiter ſetzen *Gail: 1. O. 133. n.
4. Bocer. cl. 6. d. 6. n. 47. Menoch. l. 2. præſumpt. 35. Bart. in l. 3. § cauſæ n. 2. ff d
Carb: Ed: Felin: in c. coram n. 9. verſ. tamen x. de off: deleg.* omnino videtur aſſe-
44 renti falſum interveniſſe procuratorem id eſſe probandum. Aſt his poſthabitis,
45 pro contraria concludimus. tum qvod mandata facti eſſe dicantur, nec facta præ-
ſumantur. *Maſcard. d probat: v. 2. concl. 1007. n. 8. Schrad de feud. p. 10. ſ. 18. n. 143.
Carpz: 3. Reſp. 6. n. 2. Mev. p. 5. d. 19. n. 5. & d 294. n. 1. ſeqq. Felin: in d. c. coram
de off: deleg. n. 5.* ubi dicit, uti nec præſumi qvem eſſe debitorem, ita nec præſumi
46 qvem eſſe procuratorem, præſertim ſi in proceſſu aut ex actis non appareat de
mandato, tunc negativa probata cenſetur. *arg. l f. C. d R. C. Bart: & alii in l. lege
ff d contr. empt: Vant: d Null: tit. de Null: ex def: mand: n. 63 Dec:* Conſ. 482. n. 4. *præl.
47 Maſcard. d l. n 14. Mev: R. 2. ad I. L: p. m. 26. & p. 5. d 294. n. 13.* tum qvod per
rerum naturam factum negantis nulla ſit probatio *l. 23. C. d probat; l. 2. ff. eod. c.
5. d. renun. Mev. p. 2. d 107. n. 4.* tum qvod commune ſit Dd. brocardicum:
48 Omnem procuratorem l. Advocatum alieno nomine in Judicio l. defendendo l. a-
gendo comparentem, ſtatim & in primo actu mandatum exhibere teneri, uti
plur: deduc: *præl: Schrad. d feud. p. 10. in. Præamb. n. 33. Vultej: 2. Ipr: Rom: c. 30.
n. 31. Berlich 1. concl:* 14. *n.* 26. *Brunn: proc. Civ: c. 1. n. 77. Carpz: 3. Reſp: 6. n. 1. 2.*
49 Eumqve demum verum eſſe procuratorem, qvi mandatum exhibet. *l. 12. pr. ff. d.
ſol: Mev: p. 5. d 19. n. 7.* qvi promptam fidem de ſuo mandato facit *c. 1. d proc.
Maſcard: d probat. d. concl. n. 1.* & qvæ alia fortè adduci poſſent argumenta,
50 qvibus permoti cum Dd. indubitatè concludimus, procuratorem, ut audiatur, pri-
us debere oſtendere & probare de ſuo mandato *Pract: Papiens; in form: reſp. rei*

*con-*

convent: Gl. Simonius n. I. & in add. lit. a. Bart: in l. ſiqvis ff de poſ & l. 24. C. d proc. Maſcard. d. gcl: n. 4. ſeqq. Paris. 1. Conſ. 100. n. 51. & 3. Conſ: 24 n. 38. Schrad. de feud. p. 10. ſ. 18. n. 142. Mev: p. 2. d. 126. n. 3. Nec Obſtant qvæ pro contraria adducta: 51
Licet enim falſitas non præſumatur, ubi caſus dubius, aut præſumptio Juris, forte ex conjunctione pro eo, qvi alterius nomine inter venit, ut ſub cautione de rato poſſit admitti v. pl: Berl: 1. concl: 14. n. 34. ſeqq. Lauterb. d. t: p. m. 51. in f. Ceſſat 52
tamen illa præſumptio in caſu non dubio, & ubi de mandato ex actis non apparet, 1
aut ubi qvaſi procurator qvis eſſe non poſſit Vant: de Null: ex def: mand. n. 64. ſeq.
Ita qvoqve non ſufficit Originalia producere ad cauſam pertinentia, niſi inſimul & 53
liqvido conſtet de ipſius domini voluntate Coler: Proc: Exec: p. 2. c. 1. n. 58. Mev.
p. 3. d. 23 n. 1. & p. 7. d 126. Nam ſi de eo probabiliter poſſit dubitari, inſtrumen- 54
ta pertinentia ad cauſam an devenerint ad exhibentem de voluntate Domini, cum alias potuiſſent eſſe furtim erepta. Joan. d. Imol. in c. coram ſup. Gl: vb: d. mandato dubit: in pen. not. ab. n. 8. x de off. deleg. aut depoſiti l. alia cauſa ap. eundem 55
eſſe Bald. ad l. 49. n. 1 ff. ſol. matr. Roman. Conſ. 446. n. 10. ſ. Uti in dubio po- 56
tius alia cauſa qvam mandatum præſumitur Rom: Conſ: 446. n. 10. ſ. præl: Mev: d.
dec. 23. n. 1. Vel ſi de eo aperto conſtet, talia inſtrumenta citra domini volun- 57
tatem ad exhibentem perveniſſe, l. etiam perveniſſe ab eo qvi expreſsè mandare non poteſt Beſold: ad Jur: prov: d 1. th. 36. 37. Lauterb: Comp. Jur: d. l. p. m. 52. n. 7. Sanè ſicut priori caſu eum aliqvando ſub cautione rati admittimus per 58
text: in c. 34. ibi. Gl. & Bal. n. 2. x de off. deleg. Rebuff. in Ord: Gall: tom. 2. tr: nominationum qv. 14. n. 81. Maranth. d ord. Jud. p. 4. t. ult. n. 6. Mev: p. 3. d. 23. n. 7. Ita poſteriori caſu, eum omnino repellendum eſſe ſtatuimus, per trad: Lud: 59
Romam. in ſing: 693. & Conſ: 446. n. 13. præl. Beſold. d. l. add: Hillig: ad Don: l. 18. c. 12. lit. d. Ubi tamen lit. g. pro conciliatione notandum refert, utrum de falſi-
tate ante, an poſt L. C. objiciatur, onusqve probandi falſitatem procuratoris in- 60
cumbere excipienti talem ſemel admittenti: conf. Bart: ad l. 24. C. d proc: ibiq; Sichard: n. 6. Schrad: d feud: p. 10. ſ 18. n. 157. ſeq.

## MEMBRUM II.
### Tradens ſub Rationibus Dubitandi propiorem qvæſtionis noſtræ explicationem.

HIs paucis prælibatis, ad propoſitæ qvæſtionis enodationem deveniendum; 1
Qvia autem Verus ac genuinus qvæſtionis ſtatus jam ſupra formatus, brevita-
tis ſtudio ejus recapitulationem prætermittendo rationes pro Affirmativa, more 2
ſolito, præmittimus, qvo ex contrariis juxta ſe poſitis veritas eo magis eluceſcat.
Ubi prima fronte indubitatè videtur aſſerendum. Poſſe dominum geſta à falſo
procuratore indiſtinctè ratificando confirmare. 3

Imo namqve notum, imò de Jure notiſſimum, Procuratorem omnem non 1
modo ex genere conceſſorum ac utilium, ſed etiam neceſſariorũ eſſe. l. 1. § 2. d proc. 4
pr. J: d iis per qvos ag: poſſ: ibiq; Vinn: in fin. proindeqve & licitam omnium pro- 5
curationum ratihabitionem. In licitis namqve nulla procedit prohibitio. l. 12. ff 6
de Jud. Mev: p. 2. d 107. n. 5. & p. 6. d 261. n. 6. nec uti nos decet lege eſſe clementio- 7

4 oresNov: 82, c. 10. l. f. C. d Compen. Tuſch. Pr: Concl: n: 5. lit. M. concl: 292. Mev. p, 1. d
8 76. n. 2. & d, 201. n. 2. Ita. nec oportet, nos eſſe lege duriores atqve ſeveriores. l. 3.
9 in f. C. d apoſt: l. 3. §. f. C. d arb: tut. Inter omnes autem conſtat, utut de Jure Ve-
teri nemini permiſſum alieno nomine lege agere. l. 123. d R J. pr I. d. iis per qvos
10 ager. | poſſ. poſtea tamen utilitatis cauſa introductum receptumqve eſſe,
per procuratorem litigare d. pr. l. 1. §. 2. & t. t. ff. & C. d. proc. ibiqve Franzk. n 9.
11 Schrad: d feud. p. 10. ſ. 18. n. 73. Schn: d. 3. th. 20. ut nec amplius qvis cogi poſſit,
in Civilibus ut ipſe compareat, aut res ſuas per alios ne gerat, l. 6. C. d his qvi ad
II Eccl: l. f. C. d. proc: ibiqve Gl: & Dd: c. 1. x. d Judic: ib: gl: conf. Lag: Meth: Jur: utr.
12 p. 5. c. 6. n. 1. Præſertim cum (II) extra controverſiæ aleam poſitum videatur, poſſe
dominum procuratorem non ſolum expreſſo mandato l. 1. pr. l. 42. § 2. d proc: ſed
13 etiam ratihabitione conſtituere l. 12. § f. l. 58. l. 106. pr. ff d ſol: l. 66. d proc. l. 60. d R. J.
l. f. C. Sct: Mac: l. 3. §. 2. ff. Jud. ſolv: ibiq; Gothofr: lit. d. Treutl: 1. d. 9. th: 7. lit: b. C. J.
III. A. h. n. 31. & Dd: paſſ. Nec reqviri utrum ratihabitio illa acceſſerit ante, an poſt ſen-
14 tentiam. Non ſolum, cum (III) notiſſimi Juris, ratihabitionem mandato æqvi-
parari l. 3. § 2. Jud. ſolv. c. 10. d R. J. 6. l. 152. § 2. ff. eod. l. 12. in f. ff d. ſolut: l. 20. d
pign: act: Jaſon. in. l. 24. C. d proc: Cothm: 2. Conſ: 61. n. 7: Carpz: 5. R. 76. n. 19. Eam-
qve ad tempus qvo mandari debuit retrotrahi, l. 7. C. ad. Sct: Mac l. 25. C. d don:
15 inter vir. Etiamſi tacitè ſaltem acceſſerit l. 5. ff r. r. h. Vant: d Null. t. 14. n, 100. ſ.
16 Teſſaur: dec: 7. n. 1, Fab: in Cod. l. 2. t. 6. d 19. Mev. p. 6. d. 139. n. 1. Moll. ſemeſt: l. 1. c. 18.
17 n. 3. Ita ut poſt illam perindè habeatur, atq; ſi ab initio mandatum acceſſiſſet, aut
IV res retro in judicium deducta eſſent l. 12. d ſolut. l. 56. de Jud. Mev p. 5. d 98. n. 1. ſeqq:
18 Sed etiam cum (IV) aperto Jure deciſum reperiatur, permiſſum eſſe non ſolum
antè ſententiam, ſed & poſt illam ratihabere, uti Comm: p. l. 3. § 2. ff Jud: ſol: l. 22.
§ 3. ff r. r. h. l. 3. § 1. ff eod. l. 56. de Jud: ſentiunt Dd:, referente Hillig: ad Don: l. 18.
19 c. 14. lit: a. Etiam in ſecunda inſtantia poſtqvam appellatum per text expr: in l. 3.
V § 1. ff r. r: h. Mev: p. 5. d. 98. n. 6. 7. Accedit (V) Communis ratio: Mandatum Procurato-
20 ris dependere ex ſola voluntate domini, & in dependentibus ſufficere rati habi-
tionem. teſt: Bl: in l. 3. C. in qvib: cauſ. in integ: reſt: n 2, verſ. ſed hoc. & vſ. alii di-
21 cunt: Berlich: 1. concl: 14. n. 124. Qvoties autem actus alterius nomine geſtus ab
initio omnia eſſentialia habet, ſolo conſenſu ejus, ad qvem pertinet deficiente,
toties eo ſuperveniente actus retro validatur. per text: in l. 16. § 1. d pign. Bl: in l.
VI 5. § 6. d off. proconſ: & l. f. § neceſſ: col. 4. n. 16, C. d. bon. qvæ lib. Salyc: in l. un: C. ſi
22 maj: fact: Gail: 1. O. 47. n. 5. Teſſaur: d. dec: 7. n. 2. Mev: d dec. 98. n. 10. Imò (VI)
ipſa æqvitas id poſtulare videtur, ne per geſta à falſo procuratore domino præju-
23 dicetur d l. 4. C. in qvib: cauſ. reſt. in integ: l. 27. pr. ff d proc: multò minus, ut Ipſe
impediatur, ne in ſui favorem geſta poſſit ratihabere, libera alias à Jure conceſſa
cuilibet pro arbitrio de rebus ſuis diſpoſitione: arg. l. 41. d pact: l. 21. C. mand. Dec.
24 Conſ: 48. pr. lib. 2. Rom: Conſ. 277. n. 2. vſ. conſeqvens eſt. Si igitur domino permiſſum
in ſui præjudicium ratihabere, uti omnes conſentiunt Dd., Cur ipſi non eſſet per-
25 miſſum & id in ſui favorem facere? Re ſua ſicut abuti, ita & uti, meræ faculta-
tis actus eſt, cui nullo tempore præſcribitur Jaſ: in l. 3. n. 46. d Conſt. Princ. Weſ. 2.
Conſ. 58. n. 7. Schurff. Conſ: Cum vener: n. 20. Cent. 3. Lauterb. Comp. Jur: de Uſucap:

*p.m.* 447. O Sibi potius (VII) habeat pars adverſa, cur litem cum falſo procurato- VII
re conteſtata fuerit, cumqve admiſerit *d l.56. de Judic Gail. d O.47. n.5. Teſſaur d.7. n.* 26
2. Eo enim ipſo qvod litem ſecum conteſtari paſſus fuerit reus conſtituiſſe agentem 27
in qvaſi poſſeſſione Procuratoris videtur, ut ſibi imputet, qvod Exceptionem falſi
procuratoris non objecerit *Vasqv: Comm. teſtam: 2. controv: 16. n.4. Zang. d*
*Except. p.2. c.8. n.17. Hill. ad Don: l.18. c. 12. lit: g.* qvin potius ſuo conſenſu defe- 28
ctum mandati ſuppleverit *Br: in l. f. ff d procur: Mev: p.3. d 23 n. 5.* procuratoremq; 29
per Litem cum eo conteſtatam approbaverit. *l. 13. C. d procur: l. 8. § 2. ff. eod. Mev:*
*p.4. d 204. n. 2. 4.* Unde tandem (IIX) & orta videtur Communis Dd. Sententia: IIX
Domino permiſſum geſta à falſo procuratore ratihabere, non ſolum ante, ſed etiam 30
poſt Sententiam, ſ. illa fuerit lata in ejus favorem, ſ. contra eum, ſ. minor fuerit
ſ. major: uti de Communi ac in praxi forenſi recepta Dd: ſententia teſtatur:
*Jaſ: in l. 24. C d proc: n. 10. Jac. d. Aren: in l.11. § 7. ff d Exc: rei Jud. Zang. d. c.8. n.77.*
*ſeqq. Boer: dec: 281. n. 14. Teſſaur: d dec. 7. n. 1. 2. Gail. 1. O. 47. n.5. Vant. d Null.*
*t. qvibus m. ſent: null: n. 102. Hill: ad Don. l. 18. c.12. lit. g. Pecc: ad c. 11. d R.J. 6. n.10.*
*Mev: p. 5. d 98. n. 8. & p.6. d. 139. Brunem: proc: civ: c. 1. n.80. & ad l. 56. ff de Jud:* à 31
qvâ non videtur recedendum. *§ 8. ibi Schneidw. Joh: Fab: & Plat: J. d. J. N. G. & C.*

## MEMBRUM III.

### Veram in rationibus demonſtrans qvæſtionis noſtræ Deciſionem.

His tamen omnibus non obſtantibus, cum mota non ſit qvæſtio, Utrum domino 1
geſta ante ſententiam poſſit ratihabere, aut poſt in ſui præjudicium, de qvo
caſu pleræq; allatæ ſonant leges, rationes ac Dd., ſed utrum in præjudicium tertii id
poſſit facere, cum pars adverſa jam de illegitimo procuratoris interventu oppo-
ſuerit, deq; nullitate proteſtata fuerit, & hactenus non dubitavi, pro Negativa 2
eſſe concludendum, nim: Domino non permiſſum finitâ per ſententiam Inſtan-
tiâ, objectâq; à parte adverſâ jam de nullitate proteſtatione, adhuc in partis adver-
ſæ præjudicium ratihabere.

Cujus deciſionis fundamentum Imum, firmiſſimum, atqve ſupra omnem con- I
tradictionem poſitum, ex ipſa peracti Judicii ſumi poteſt infirmitate. Si enim 3
conſtet, ipſum Judicium laborare vitio nullitatis, omnio ſeqveretur, omne ſuper- 4
ſtructum ſimul corruere. *c. 26. 1. q. 1. l. 8. ff qvod vi aut clam. Menoch. Conſ. 48. n.*
*35. Alem: Palæſt: Conſult: 7. p. m. 358.*

Nam collapſa ruunt ſubductis tecta columnis.

Ex ipſis autem Juris Comm: textibus, iisq; manifeſtiſſimis omni luce clarius exiſtit; 5
ad omne Judicium ſtabiliendum de Juris neceſſitate reqviri ut ex tribus conſtet
perſonis. Judice, Actore & Reo: *c. 10. § in omni d V.S. l. 26. de Jud. l 13. § 2. C. eod.*
*Dambaud: pr: Crim: c. 9. Gilhauſ: arb: Crim: l. 5. c. 6. Gail: 1. O. 47. n. 2. Sichard ad*
*l. 24. C. d proc: n. 7. Weſ: ff de Jud: n. 9. ibiq; Magnif. D:* RADOV: *in prælect: priv:*
*Schn: diſſ: 5. th. 1.* Ita ut ſi una ex his deficiat perſona, deficiat totum Judicium: 6
Juxta Illud vulg: da kein Kläger da kein Richter *Job: 8. vſ: 10. l. 4. § 8. ff d. damn: in-*
*fect* & *Dd: ad l. 2. d t: Maran: in Spec: tit: de Inqvis. n. 6. Boſ: pr: Crim: tit:*
*de*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788263625/phys_0012
DFG

*de Inqviſ: n. 8. ſ. Jul. Clar: pract: Crim:* § *f.q. 5. n. 2. Haig: 1. q. 39. n, 1. Sich: dl:*
7 *n. 7. Weſ: d l. n. 11.* Et per conſeqvens nulla litis conteſtatio, nulla confeſſio, ac-
ceptatio nulla, nulla concluſio, nulla ſententia *per text: not. in l. 24. C. d proc: ibiq;*
*Gl: & Br: l. 27. ff eod: l. 11.* § *7. ff d Except: rei Jud. Joh: Bapt: Aſin: prax: Judic:* §
*23. c. 2. lim: 8. Hillig. ad Don: l. 18. c. 12. lit. F. Gail: d. Obſ: 47, n. 2. Cothm: 2. Conſ:*
8 *61. n. 21. ſeq. Mev: Reſp. ad J. Lub: 2. p. m: 27* nec dici controverſia, nec Judicium eſ-
9 ſe poteſt: *d. l. 24. Vant: de Null: ex def: Mand. n. 83. Bocer: cl. 6: d 6. th. 45. lit: a.* Nec
ſufficere, Judicem adeſſe Judicantem, actorem adeſſe poſtulantem, ſed omnino re-
qviri ut Judex adſit competens. *l. f. ff. d. Jdict: l. 5, C. eod. gloſſ. in c. 15. vſ. propter con-*
10 *tum: d. accuſ. & in l. 2. ff. ſi qvis in jus voc: Mev: p. 1. d. 102. n. 10.* ut actor adſit le-
11 gitimus *Bocer: d cl. 6. d 4. th. 11.* Sicut g. ubi Judex non eſt competens, ipſum
deficit Judicium. *Bl: in l. clarum C, d. aut: præſt: Barbat: Conſ: 50. col: 3. v. 1, Mev:*
12 *p. 1. d 7. n. 5.* Ita etiam ob defectum habilitatis litigantium ipſum judicium reddi-
tur nullum, uti pluribus demonſtrat *præl: Vant: d. tr. tit. de mod: & ord: proced: n.*
II *4. ſ. & tit: d Null: ex def. mand: Gail: d l. n. 2. Bocer: d th: 11. Struv: S. J. C. Ex. 50. a.*
13 *17. & Dd. Comm:* Nec minus (II) naſcitur fundamentum ex ipſa ſubjecti, falſi
14 nim: Procuratoris inhabilitate, cum ex Jure notiſſimum: Falſum procuratorem in-
ter perſonas qvarum intereſt, non contineri. *Gothofr: ad l. 25 r. r. b. & l. 13. ff d N. O.*
*N. Weſ: ff d proc: n. 11. ubi dicit hanc eſſe communem per text: à ſenſ. contr: in l. 11.* §
15 *7. ff. d Exc: rei Jud.* Imò nec dici procuratorem, nec eſſe poſſe *arg.* § *12. J. d nupt*
16 *Menoch: d ret: poſſ: rem. 1. n. 16. vid. ſup. M: 1. n. 18. ſeq.* Si g. falſa & nulla ſunt
17 convertibilia, *Sich. ad l. 19. C. d furt. n. 3.* perindeqve, utrum qvis planè non
18 compareat, an compareat illegitimè *Weſ: ff d proc: n. 11.* Nec ullum hic
adfuiſſe procuratorem, Judiciumqve proinde & nullum eſſe, adeo erit firmum,
ut nec ſententia ad Inſtantiam falſi procuratoris lata qvicqvam valeat, potius ipſo
jure nulla habeatur *text. expr. in l. 24. C. d proc: l. 43.* § *1. ff d furt. l. 4. C in qb: cauſ:*
*reſt: in int: c. 4. x. d. proc: Dep:* Abſchꝛyd: *d Anno 1600.* § weniger *68. ibi* gantz zu
Grunde fallen und zernichtet. *Ferrar: in pract: Form: Sent: Def: gloſ. Nos Bernh:*
*n. 16. Vant: d. rubr. de mod: & ord. proc: n. 4. ſ. Pariſ. Conſ. 100. n. 51. Rosbach: proc:*
*Civ: t. 72. n. 17. Gæd: Conſ. 37. n. 141. v. 4. Marp: Brunn: proc. Civ: c: 28. n. 109.*
19 *Struv: d. Ex. 50 a. 17. Strauch. diſſ: 27. a. 2. Mev. d Reſp. ad J. Lub. 2: p. m. 26.* ita
ut nec confirmari, nec convalidari poſſit. *Menoch: Conſ. 351. n. 9. præl: Vant: d tr.*
20 *tit. de Null. ex def. mand. n. 60. Conſ. Arg: 51. n. 93. v. 1.* Nullum enim qvod eſt ra-
21 tificando aliqvid fieri non poteſt: Nam ratihabitio aut confirmatio ſaltem refertur
ad id, qvod eſt validum, *c. 6. d conceſſ: præb: l. 24. ff r. r. b. Surd: dec: 289. n. 8. ſ. Barb:*
22 *in c. 4. n. 29 de confirm: util:* Nullum verò ſimile eſt mortuo, *Honthem: lib. 3. d*
23 *art: Notar: 16. n. 20.* adeoqvè ſicut nec rumpi, ita nec confirmari. *Mev. ad J. Lub:*
24 *3. 6. 3. n. 15. ſ.* Nec ratificari aut ratihaberi poteſt? *l. 22.* § *2. ff r. r. b. ib. Goth: y:*
*gl: f. in. c. cum nos. de his qvæ fiant à prælat: Tiraq: in l. ſi unqvam n. 415. C. de*
III *revoc: don: Laur. Calvanc: Conſ. 16. n. 56. Pariſ: 1. conſ: 49. n. 12. & 61. Cothm: 3.*
25 *Reſp: 31. n. 29. ibiq; alleg.* Tertium fundamentum ex ipſo deſumi poteſt Jure
26 parti adverſæ jam inde qvæſito. Fruſtra enim Jura eſſent conſtituta, ſi actionibus
27 inde competentibus Jus ſuum perſeqvi non liceret. *Don. Enuc. l. 17. c. 1.* & qvid qvæſo
opus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn788263625/phys_0013
DFG

opus erit, ſententiam ad Inſtantiam falſi procuratoris latam, dici nullam, niſi par-
ti adverſæ inde Jus eſſet qvæſitum, cuncta nulla dicendi. Nullam autem dici 28
poſſe ſententiam non ſolum per modum actionis, implorato ſuper ea officio Ju-
dicis, ſed etiam per modum exceptionis ad impediendam Executionem, repellen-
damqvè Judicati actionem, ita in jure notum, ut qvam notiſſimum. *Gail: 1.*
*O.77.n.4. Coler: Proc: Exec: p.4. c.1. n.67. Vant: tr: de Null: tit: 1.n.2.f. Mynſ:*
*5. O. 92. n. 2. & 4. O: 63. in f. & Reſp. 17. n. 4. dec: 2. Bocer. cl. ſ. d33. th. 50. C. J.*
*A. d Re Jud. th. 109. Struv: Ex. 50. a.18.* Nec id tantum, ubi ſententia ex defectu 29
Jdictionis nulla, ſed etiam Judicium cum falſo procuratore agitatum adeo dici-
tur nullum, ut defectus ex hoc fonte promanans qvandocunqve, licet cauſa
ſit ſummaria ac Executiva. *Menoch: de Rec: Poſſ. Rem: 15. n. 273. Lancellot: de*
*Attent: p. 3. c. 24. q. 2 in f. c. 25. n. 26. Mev: p. 3. d 21. n. 1.* remotis qvibuscunq; aliis 30
Exceptionibus *Vant: d Null: ex def: mand. n. 2. Coler. d p. 4. c. 1. n. 67. Mev. dl. n. 2.*
*& p. 1. d. 203. n. 5. & p. 3. d 148. n. 1.* ad annullandum proceſſum. *l. 24. C. de proc: ib.* 31
*Dd. c. 12. d appel. 6. Alex: Conſ. 191. n. 6. Fr: Viv: Com. 1. Op. 175. Rosbach. d t. 72. n. 17.*
*Carpz: 1. C. 1. d 26. n 2.* ad mille usq; annos *præl: Vant: n. 59. Gabriel. l. 2. Com. concl.* 32
*tit. de proc: 1. n. 1. f. Berl. 1. concl: 4. n. 14. Mev: d Reſp: 2. p. m: 27. D. Martæ Dig: Noviſſa*
*tom: 1. tit: Nullitas. c. 40.* In qvacunqve Judicii parte. *Br. in d. l. 24. & l. 40. § 3. ff eod.* 33
*Carpz: 3. Reſp: 5. n. 13.* Non ſolum ante ſed etiam poſt. L. C. *Jas. in dl. 46. n. 2.* 34
*Wurmbſ: 1. O. 9. Zang. de Except: p. 2. c 8. n. 36. Struv:* Ex. 46. *a. 7. Brunn: proc: Civ.*
*c. 7. n. 24.* Concluſionem *Jas in l. 24. h. n. 2. Berl. 1. concl: 14. n. 11.* Sententiam *Alex:* 35
*Conſ. 147. n. 4. l. 4. Jas: dl. n. 3 Ferrar: d gl: Simonius n. 3. Weſ: ff h. n. 11. Fr. Viv: d op.* 36
*p. m. 98. Sich: ad dl. 24. n. 2. Pariſ: 1. Conſ: 100. n 52. Gail: 1. O. 47. n. 2. Berl: d. concl: 14.*
*n. 12.* In ipſa Executione *l 44. § 1. ibi Gothofr. h. ff de Jud. Joh. Bapt: Aſin: Pr: Ju-* 37
*dic. § 13. c. 1. n. 14. præl: Pariſ. d. Conſ: 100. n. 78. ibiq; Alex: Mev: p. 4. d 204. n. f.* Non
ſolum in prima inſtantia, ſed etiam in ſecunda qvando appellatum. *c. 4. x. de proc:* 38
*Mev: dl. & p. 5. d 13. Brunn: d c. 7. n. 24. & ad l. 13. C. h.* Imo poſt tres ſententias 39
conformes. *Hippol d Marſil: l. ſi qvis ff. de qvæſt: n. 10 Schrad: d feud: p. 10. præamb.* 40
*n. 34. in fin: Berl: d concl: 14. n. 13.* ab ipſo Judice, ſi à parte fuerit omiſſa: *gl: in c.*
*1. vſ. abſente de Elect: 6. Spec: de proc: § videmus Berl: dl. n. 19. Fr. Viv: d op. 175. p.*
*m. 98 Brunn: d c. 1. n. 77. Mev: p. 5. d 13. n. 4. & p. 3. d 23. n. 6. Carpz. 3. Reſp. 5. n. 14.*
falſo procuratori poſſit opponi *Schrad: d p. 10. præamb. n. 32. f.* licet qvis talem 41
ſciverit, & eum antea aliqvos actus exercere paſſus fuerit *Br: in l: licet C. h. n. 2. &*
*in l. Pompon: § rati ff eod. Alex. Conſ. 72. n. 1 ſ v. 4. Jas: in dl. 24 C. h: n. 7. Lud: Rom:*
*Conſ. 170. n. 1. Berl dl n. 10.* Nam in his qvæ non dependent ex conſenſu meo, ap- 42
probatio mea nihil relevat ad validandum Judicium *arg. l. 19. ff de appell. præl:*
*Br: ad dl. 24. add. Sich. d l. 24. n. 9. f.* aut ipſe Judex actorem eſſe legitimum procu- 43
ratorem ad oppoſitam rei de Illegitimatione perſonæ Exceptionem pronunciave-
rit. In his enim & ſimilibus, ſi ex actis de mandato non conſtet, nec aliter il-
lum verè eſſe procuratorem appareat, nihilominus Exceptio illegitimationis op-
poni poteſt *Abb. in Summ: tit. de Synd. vs: ſed pone. Ferrar: d Form. reſp. rei conv:*
*gl: Simonius n. 4. Bl. in. l. falſus C. d furt. n. 30 Berl: d concl. 14. n. 15.* Qvæ certè Jura
fruſtra eſſent ſtatuta, ſi domino permiſſum commiſſam ratificando ſupplere nulli- 44



Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788263625/phys_0014 DFG

litatem, qvoties in ſui favorem lata ſententia, qvam ipſe nunqvam improbare...
IV Accedit (IV) qvod in omnibus Judiciis tam Civilibus qvam Criminalibus, tam
45 petitoriis qvam poſſeſſoriis, tam ordinariis ac plenis qvam ſummariis, Extraordi-
nariis, ſummariſſimis ac Executivis: *Pariſ. 2. Conſ. 11. n. 2. Schrad: d. p. 10. præ-*
46 *amb. n. 12. Berl. 1. concl. 14. n. 3. ſeq Carpz. 3. Reſp. 10. n. 1.* Ante omnia pro ſub-
ſtantia Judicii ea, qvæ perſonas litigantium reſpiciunt, inqvirenda ac diſcutienda
*c. 1. ibi. Panorm. Felin: x. de accuſ. Dd. in l. 24. C. h. & l. 2. ibi. Bart: lit. e. Salyc.*
*Fulg: Alex: Jaſ. n. 4. & alii C. d. Edict.* D. *Adric. toll. Vant: d tr. rubr: de Null ex def.*
47 *inhab. n 3. Aſin: in prax: § 28. c. 1. Mev: p. 1. d 203. n. 5.* ita ut poſtqam de Judicis
perſona conſtet, proximè ac ſecundo loco ad perſonas litigantium vel procurato-
rum reſpici debeat *Spec: tit. Att: cum tit: ſeq: Vant: dl. & rubr: Qual: ſent. n 3. ſ.*
48 Nec gravius contra ordinem ſubſtantialem Judiciorum peccari poſſit, qvam o-
miſſa legitimatione, ex qva omnia inania ſunt, & ſub periculo *Felin: in c. 30. n 4.*
*x: de re Jud: Mev: p. 2. d 126. n. 6. & p. 3. d 148. n 3.* ut & ipſa Judicii certitudo ex
49 certitudine circa perſonas, qvæ in iſto verſantur, dependere videatur *Mev: p. 3. d 21.*
*n. 1. 2.* ipſaq; agentium legitimatio de ſubſtantialibus Judicii dicatur *Felin: in c. 30. x.*
50 *de Re Jud. n. 4. Roland à Vall. Conſ. 46. n. 4. v. 4. Zang: de Exc: p. 1. c. 6. n. 2. Carpz: 1. C.*
*1. d. 26 & 3. Reſp. 5. n. 12. & Reſp. 10. n. 2. & in proc: t. 5. a. 1. n. 57. Brunn: proc: Civ: 6.*
51 *1. n. 77.* Ut & in procuratore Judicium debeat ſubſtantiari, uti loqvitur *Berl: 1. ocl: 14.*
52 *n. 1.* Nec audiendus ſit litigans absq; mandato *Carpz. d. t. 5. a. 1. n. 57. Brunn: d. n.*
53 *77.* Ipſaqve legitimatio ſit prima pars Judicii *Vant: d tr. de Null ex inhab: n. 3.*
54 *Mev: p. 2. d 126. n. 1. 2.* qvæ ante omnia in omnibus Judiciis debet præcedere *Tuſch:*
*tom: 5. Legitimatio concl: 244. n. 1 ſ. Schrad: d. p. 10. præamb: n. 32. Carpz: 3. Reſp:*
55 *10. n. 1.* etiam officio Judicis curanda, ſi à parte fuerit omiſſa. *Scacc: de Jud. Cauſ:*
*Civ: c. 101 n. 13. ubi æqvi. & rectius & receptius ſic ſentire ait. add Spec: ad tit. de*
*procur: § videmus. Sich: ad dl. 24. C. de proc: n. 7. Schrad: d. præambl: n. 37. Mev: p.*
56 *3. d. 24. n. 6.* Si g, legitimatio agentium eſt de ſubſtantialibus ac forma proceſſus, ut
& defectus mandati cenſeatur eſſe maximus *Hier: Butigal: recept. l. 1. § ſiqvis n. 49.*
57 *ff. d V. O.* Imò major qvolibet alio defectu Juris, Juſtitiæ ſ. qvalitatis. *ut ſentit: gl:*
*in l. 1. § 1 ff qui ſatis d. cog: Dec: Conſ: 275. n 3. Vant: d rubr: n. 1. Schrad: d l. n. 31.*
58 ut nec Principi permiſſum illum defectum ex plenitudine poteſtatis ſupplere. *per*
*mult: trad: à Schrad: dl. n. 31. D. Martæ Dig. Noviſſima tom: 1. tit: Nullitas: cap. 4.*
59 Qvomodo privato conceſſum, finito jã Judicio ejus fundamenta ponere, formamq;
Judicii in procuratorio exactã ſaltem per æqvipollens adimplere? *v. infr. M. 4. n. 31.*
60 Sanè ſicut extructo jam ædificio ejus fundamenta poni haud poſſint *c. 3. x. de presb:*
61 *& baptiz: ibi gl:* Ita nec ſufficiet, ſi habilitas agentium, qvæ talis tempore actus re-
qviritur, ex poſt facto ſuperveniat. *per text: rot: in l. 5. C. d Ord Cogn: l. 19. l. 8. pr.*
*ff d teſtam: c. 1. d ſpons. Imp: 6 Alex Conſ: 171. col: 3. lib. 2. Br: ad l. 2. lit. c C. d Edict:*
*D. Adri toll Dec: Conſ: 661. col. f v. 4. & Conſ. 576. col. f. lib. 3.* Origo cujusqve rei in-
62 ſpicienda. *l. 69. de fidej: l. 33. d don. l. 3. C. ad SCt: Maced: l. 8. pr. ff mand. l. 1. § 3. dep:*
63 *l. 12. ad SCt: Mac: l. 3. C. eod.* Nec ex radice infecta rami provenientes pullulare, nec
64 ſurculi virentes naſci poſſunt: *Bl: in l. 20. C. loc: Zaſ: 1. Conſ: n. 30. l. 1.* Habilitas
tempore actionis proponendæ reqviritur, & qvod ſupervenire poſſit non ſufficit.

d,

*d c. 1. d ſpons. Impub: Dec: d Conſ: 661. inf. Mev: p. 5. d 266. n. 5.* (V) Funda- V
mentum ex Ipſâ fluit negotii ratihabendi natura, cui à Jure certum præſcriptum 65
tempus, intra qvod ratihabitio procedat neceſſe eſt. Poſtqvam enim lege provi- 66
ſum, nemini permiſſum, alieno nomine experiri, niſi ad actionem ſe legitimet,
aut mandato, aut cautione de rato. *l. 1. pr: l. 42. § 2. & t. t. ff & C d proc: § 3. J. d ſa-
tis d ibiq;* Dd: *O. C. p. 1. t. 21. pr. R. J: Anno 1654.* § damit auch *99. ſeqq: Denaiis. Jus. Cam:
rubr: 235. n. 1. Mev: p. 2 d 126. n. 2. & p. 7. d 126 n. 3. & ad J. L. 5. 1. 8. n. 1. ſ. Berl: 1.
concl: 14. n. 16. ſeq. Ubi id tam de Jure Comm: qvam Saxon: procedere ſtatuit.* In- 67
ſimulqvè agenti injunctum, ut id in præparatoriis Judiciorum ad minimum in pri-
mo aut ſecundo termino faciat. *d Ord. Cam: p. 1. t. 21.* § *1. Dep:* Abſch: *d Anno 1600.* §
wenig: *68. vb:* welche *in primo &c* Gem: Beſcheid des Fürſtl: Meckl: Land und Hoffger:
zu Parchen. de 17. Jan: *A. 74. Denaiis. J. Cam: tit. 237. n. 1. vid. ſ. Memb: 1. n. 48.* Sanè 68
non beneplacito ejus erit permiſſum, qvando & qvomodo ſe legitimet, ſed for-
mā à lege præſcriptam omnino ſervare debet, tum qvia id ſibi ſub præjudicio à lege
injunctum *R. J. d A. 1654.* § So den 35. *vb: ſub præjudicio. &* § und nachdehm *94: vb:*
gebührender Zeit ohn alle Verwegerung *ſub præjudic:* tum qvia omne ſubſeqvens 69
tempus inhabile æſtimatur ad legitimandum *per text: expr: in Rec: Dep: Anno 1600.*
§ wenig: *68. ibi: extra tempus & ita in tempus inhabile ad legitimandum.* tempore 70
namqve legis elapſo, uti nulla admittitur in poſterum purgatio. *Gail: 2. O. 19. n. 11.*
